















1669.

1. Ingebrecht, Arnold Heinrich: De jure paraphernorum.
2. Limbach, Johann Christophorus: De fornicationibus.
3. Perner, Christianus: De hereditatione
4. Liricius, Johannes: Annotatus furiosus, penebens, etiam  
ex contractibus et secretis obligentibus?

1670.

1. Bernstaett, Johann Nicolaus: De apertura ultimarum  
voluntatum.
2. Haberkornius, Hermann Petrus: De univocis.
3. Tuchs, Johann Taubert: Analyses legis ult. C. de  
juri dict. omn. jud. et de foro competentis
4. Uffelmann, Bonhardus: De gratis expectativis.

1671.

1. Clotz, Johann Heffrich: De litalis honorificis



1671.

2. Krebs, Philipp Helfrich: De liquo et lapide
3. Mollenbecius, Anton Henricus: De simulatione
4. Schelhas, Georgius Ludovicus: De quinquevocalibus

1672.

1. Becker, Johann Benhardus: De teste uno.
2. 3. Doerckes, Jacobus: De nobilissima clausula Codicillaris tacitae specie, quae habetur in l. 77 § 23 de legat.  
2 Saemp.
4. Luenecker, Johann Philippus: De interversa potestate
5. Melchior, Joh. Michael: Fus communionis
6. Mollenbecius Antonius Henricus: De beneficiis  
fiduciariorum.
7. Schroeter, Wilhelm Christianus: De imitatione et  
reformatione religionis



ll  
-7  
-11  
/

LIBRARY  
UNIVERSITY OF  
NORWICH  
LEWISIANA  
CENTRAL  
OF THE  
SOUTH  
SOUTH





1  
2  
3  
4  
16  
1  
2  
4  
5  
6  
7

*[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a list or index, covering the majority of the page.]*

132





PRÆSIDENTE  
JESU NAZARENO BEATORE

409 ~~247~~ 7

FONTEQUE VIVIFICO  
NOSTRO  
EX DECRETO ET AUTHORITY  
MAGNIFICI & NOBILISSIMI  
IN ILLUSTRISSIMA LUDOVICIANA  
JURISCONSULTORUM  
ORDINIS,

1670, 1

*Disputationem hanc Juridicam*  
DE

# APERTURA ULTIMARUM VOLUNTATUM. PRO LICENTIA,

Summos in utroque Jure Honores & Privilegia  
Doctoralia

*Rite & Legitime Capessendi:*  
PUBLICÆ & CONSUVETÆ

DNN. PROCERUM ACADEMICORUM  
CENSURÆ

*Ad diem Aprilis*  
IN AUGUSTO JURISCONSULTORUM AUDITORIO.  
*submitit*

JOHANNES NICOLAUS *Bechstädt*  
Fridbergâ VVetteravus.

⊕( \*\*\*\*\* )⊕

GISSÆ HASSORVM,

Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELL, Academ. Typogr. Ordin.  
ANNO M. DC. LXX





PRÆSIDENTE  
 IESU NAZARENIS BEATORUM  
 HONORIS VIVIFICI  
 HONORIS  
 EX DECRETO ET AUTHORITY  
 MAGNIFICI & NOBILISSIMI  
 IN ILLUSTRISIMIS ACADEMICIS  
 JURISCONSULTORUM  
 ORDINIS  
 Disputationem hanc juridicam  
 DE  
**A P P E R T U R A**  
**U L T I M A R I U M**  
 V O L U N T A T I U M  
**P R O L I C E N T I A**  
 Summos in utroque Juris honores & Privilegia  
 Doctorum  
 Juris Consulti  
 Prætorum & Consularum  
 Dni PROCURUM ACADEMICORUM  
 CENSURÆ  
 In Augusto Juris Consulti  
 JOHANNES NICOLAUS SACHS  
 Edidit VVittenbergæ  
 \*\*\*\*\*  
 Typis Joanni Dietrichi Hamerli, Academici Typog. Ordinis







DISSERTATIO INAUGURALIS.  
De  
APERTURA ULTI-  
MARUM VOLUNTATUM.



Gregium in eo mortis solatium agnoscit Fabius Quintilianus, *Declam.* 398. *Quod voluntatem nostram illis beneficiendi, qui de nobis probè meriti fuerunt, ultra vitam extendere liceat; contra autem grave videri, ait; Si cum omne jus nobis in patrimonium permittatur viventibus, mortuis tamen illud auferri velit.* Hinc etiam Jctis multò favorabiliores sunt dispositiones mortis causà, quàm quæ inter vivos perficiuntur *arg. §. fin. Inst. Qui & ex quibus caus. man. non poss. l. 12. de R. I. l. 1. C. de SS. Eccl. c. inter dilectos X. de Donat. Vultej. 2. cons. Marp. 25. n. 31. Neq; tantum universæ Reip. integritati, ex sententia Ciceronis in *Lib. 1. ad Herenn. sect. 13. & Lib. 2. de Invent. vers. 30.* conducit, si morientibus ultima elogia condere permissum sit, illaque magnâ cum cura serventur. vid. Gometz *Lib. 2. var. resol.**



*c. 4. n. 6.* Verum etiam, ubi semel testandi facultas recepta est, impium & crudele reputare solemus in herede, si is voluntatem Testatoris, qui tamen nunc aliud velle non potest, Conf. Argent. *vol 1. conf. 63. n. 44.* negligeret aut subducere allaboraret. Quod ne tam facile quis auderet, Legislatores Romani, inter alias, de apertura Testamentorum, saluberrimas sanctiones induxerunt. Illis enim præcipue morientium voluntati succurri posse, Paulus Jctus in *l. s. quemadm. testam. aper.* arbitratus est. Unde rem pulcherrimam facturum me esse putavi, si quod vel in Legibus Justinianicis, vel alio, maxime autem Germanorum jure, de apertura ultimæ voluntatis, reperitur, quantum per vires meas licuit, hæc Disputatione mea inaugurali comprehenderem. Adsit mihi DIVINA MAJESTAS, à qua & mundi totius Elementa processerunt, & eorum dispositio in terrarum orbem producta est *l. un. princ. de Concept. Digest. l. 1. pr. C. de Iur. Vet. enucl.* quò feliciter exordiri hunc laborem & finire queam.

THES. I.

**E** Nimvero cum scire quid faciamus, sed nescire, quo ordine faciamus, non sit perfectæ cogitationis Barbos. *inthesaur. Loc. comm. voc. ordo. l. 13. c. 30.* Everhard. *in Topic. Loc. ab. ord. 1. n. 6.* Ad stipulantibus post Imperatorem nostrum in §. His itaque generaliter 2. *Inst. de 7. & 7.* Socrate, Platon, Arist. August. *pecul. tractat. Hotoman. l. 2. dial. inst. cap. 4.* Magn. Dn. Tabor *in part. Elem. p. 3. ib. 1. & seqq.* Scaligero *Exersit. 1. sect. 2.* Atque nihil adeo in animo vel opere sapientis iusto sit ordine admirabilius; operam & oleum me quoque haud perditurum credidi, si inauguralem hanc Disputationem, animatus quidem



quidem tot Magnorum virorum autoritate, cā, quam haecenus  
quā diligentissimè commendāunt, caularum telā pertexerem.  
Quod dum facio, generalia *primum* h. e. Definitionem tam *no-*  
*minis* quā rei prāmittam; *secundo* specialiora suppeditabo, Cau-  
sā putā Efficientem Propinquā, Remotā & Impulsivā,  
item Finalem, Subiectum deinde, Objectum, Formā & Effe-  
ctum, quō Dissertationi huic in Contrariis exoptatus obvieniāt  
exitus.

### THES. II.

**I**Taque primo intuitu explicandum suscipio *Etymon* vocabuli Etymolo-  
Aperturæ, quōd ortum suum à præpositione *Ad* & verbo gia.  
*Pario* ducere videtur, *A* in *E*. mutato & abjectā ob *P*. sequens  
literā *D*. quōd Euphoniæ gratiā, aliās quoque fieri solet, signi-  
ficat aperire idem quod patefacio, Græcis est *ἀνοίγω*. Per trans-  
lationem aperire apud Plautum pro declarare capitur: *Age iam*  
*& hoc anigma nobis aperi* & apud Cornel. Nepot. in *T. Pompon.*  
*Attic. p. 317. bi: maximum existimans questum, aperire, se non for-*  
*tuna, sed hominibus solere esse amicum.* Pro nudare verō apud Ci-  
ceronem, loco quodam dicentem: *Verentur enim, ne si quo casu*  
*acciderit, ut partes corporis quadam aperiantur, aspiciantur non*  
*decere.* Plura Martinius in Lexico suppeditat: nobis que notāsse  
sufficiat, quōd apertura potissimum in primo significatu hīc u-  
surpetur.

### THES. III.

**N**am quod Homonymiā attinet, in jure nostro vel *naturaliter* Homony-  
& in vulgari sensu, vel *civiliter* accipitur: Illo modo ap. Ul- mia.  
pian. in *l. 3. §. 19. & l. 2. ff. de Senatus C. Silan. & Claud.* in latā signi-  
ficatione, aperire ille dicitur qui quocunq̄ modo aliquid sive  
signatum sive non signatum naturaliter tamen clausum, patefacit;  
hoc autem posteriori modo aperire nihil aliud est, quā secun-  
dum leges & mores alicujus loci, in quo apertura voluntatis ultime  
facienda est, adeoque solenni quodam ordine, aperire, ut in *l. 2.*  
*C. test. quem aper. l. 4. 67. ff. eod. Cujac. in parat. & recit. C. d. 2.*  
Cæteræ acceptiones ad hanc tractationem nil attinent, ut quan-



do aperire idem est ac restituere sicut in l. i. ff. de via publ. via aperiri dicitur, quæ ad veterem restituitur altitudinem. Item quando illud, qui fenestram vel januam in pariete facit, aperire dicitur Paul. & Scevolain l. pen. & ult. §. Lucius Titius fin. de Serv. prad. Urban. Sic & fodere notat in l. 24. §. fin ff. de damn. infect. & c. Est etiam celebre jus aperturæ die Öffnung] de quo Hering. de Jur. Burgor. n. 733. Limn. de Jur. Publ. Lib. 4. c. 8. n. 244. Tandemque in Jure Feudali, feudum aperiri dicitur, cum in aliquem veluti Dominum per certas causas à Lege vel consuetudine definitas feudum devolvitur conf. 1. Feud. 18. §. 2. & 2. Feud. 15. 26. §. 4.

THES. IV.

Synonymia.

**H**omonymiam excipit Synonymia. Ubi per metonymiam effectus pro causa, apertura dicitur publicatio. Pruckmann. vol. 2. consil. 1. n. 649. quæ aliàs per l. 2. & 18. C. de testam. aliosque textus ab apertura liquidò discernitur; Est autem hic notandus Cujacius qui in dd. loc. publicationem pro insinuatione accipit; obstat n. ejus sententiæ l. 1. C. testam. quem aper. ibi. publicè recitari. vid. Brunnem. add. l. 23. C. Et deinde quòd dictis ll. publicatio ejusmodi intendatur quæ fit post mortem testatoris, insinuatio autem fiat eo vivente, ad hoc ut testamentum judiciale & publicam formam sortiatur. add. Hartm. Pistor. obs. 199. n. 17. seqq. ibique allegat. circ. fin. Roland. à Valle consil. 36. vol. 1. Interim alibi insinuatio pro publicatione accipitur, ut in l. ult. §. 9. C. de jur. deliber. testamentum illud, quod heres sumptibus suis actibus publicis insinuari tradive curaverat, pro publicato habendum est; & viceversâ donationes publicari h. e. insinuari in l. 31. & seqq. C. de donat. Novell. 127. c. 2. intelligitur, cõf. Hug. Donell. Comm. Jur. Civ. lib. 7. c. 5. in fin. & Struckium Exercit. Just. P. 1. Decad. 6. ass. 9. lit. C. ubi, quòd ejusmodi publicatio sit actus extrajudicialis, quique rectè à minore expediatur, dicitur, atque in eadè significatione disquirat Knipschil dus de fidei comm famul. c. 6. n. 458. Nū ad fidei commissi familiæ validitatem requiratur publicatio? adhibe Magnif. Dn. Taborem. ad l. 19. C. de Testam. cap. 2 §. 4. Sed & ulterius publicatio pro redactione ultimæ voluntatis aut actus alte-



22(7)28

alterius, in formam solemnem, usurpatur. Quod pertinet disceptatio Dd. An testamentum non publicatum possit dici imperfectum ratione voluntatis? Quod quidem affirmandum est, etiamsi de pia causa agatur, & testator v. c. dispositionem illam per testes & Notarium in solemnem formam redigi deinceps voluerit: medio autem tempore decedat. conf. P. Surdum, *Decis.* 292. Tiracquell. *de pia caus. priv.* 18. Menoch. *Lib. 4. de presumt.* c. 5. Gratian. *tom 5. disceptat. forens. cap. 988. n. 22. seqq.* Dn. Carpzov. *in Ipr. Forens. P. 3. const. 5. def. 23.* Magis tamen huc referenda est illa acceptio publicationis, quâ testationum tabulâ die Zengen sagen apud Processistas dicuntur publicari vid. Anton. Fabr. *in Cod. Sabaud. L. 4. tit. 15. Definit. 21. & 44. Umm. ad process. judic. Disp. 16. ib. 13. n. 92. & ib. seq. add. Bernhard. Greven. Conclus. Pract. Cam. Imper. conclus. 105. p. 278. & seqq.* Porro resignari ultimam voluntatem *in S. 4. Inst. de milit. testam. l. 23. ff. qui testam. fac. poss. l. 20. ff. de leg. & pupill. subtit. l. 6. ff. test. quem. ap. l. 16. in fin. ad L. Cornel. de fals. & pandi in l. nli. C. test. quem. aper.* idem est quod aperiri. Nobis Apertura dicitur, die Eröffnung eines letzten Willens, sicut die Verkündung. Græcis διαταξις.

THES. V.

**E**Thæ de definitione *Nominis*, sequitur nunc *Definitio Rei*. Definitio.  
 Definiri autem potest Apertura, quod sit actus, quo testamento hactenus clausi tenor, post recognitionem sigillorum, his quorum interest, manifestatur. Aliter, & ut ad effectum respiciatur, quis eam definiret secundum Coll. Jur. Argentoratense *Tit. test. quem. aper. ib. 2.* Illi enim aperire nihil aliud est, quam efficere, ut testamentum autoritate Judicis competentis solenniter agnitum, in publica monumenta, quæ gesta vocantur, conferatur: Cum verò præterea quædam apertura simplex, quoque seu privata aut voluntaria sit, adeoque definitio definito foret angustior, inde priorem retinendam censemus.

THES. VI.

**A**bsolutò brevissimis tractatu generali; ad specialem me con- Causa  
Physica  
Propin-  
 verto, & quidem primò ad apertura: Causam Physicam Propin-  
 pin- qua,



pinquam; Illa est Edictum Prætoris, quo jus petendi inspectio-  
nem testamenti conceditur. Prætor enim pollicetur, se coacturum  
vel compulsurum esse cum, apud quem est testamentum,  
vel tabulæ ad causam testamenti pertinentes, exhibere, ut pos-  
sint eas inspicere vel describere, qui ob hoc quòd aliquo modo  
suâ interesse dicant, illud legitimo modo cupiunt *l. 1. ff. de Cod.  
in pr. l. 2. §. 2. cum seqq. l. 4. §. ff. testam. quem. aper.* Hug. Donell.  
*lib. 7. c. 5. n. 60.* Duaren. *tit. test. quem. ap. cap. 1.* Liqueat exinde,  
hoc juris remedium, quo testamenti apertura postulatur, non  
esse actionem, tradente quidem post Bartol. *in l. 2. §. ult. dict. 2.*  
Hackelmanno *4. Diss. 6. th. 1.* sed extraordinariam persecutio-  
nem, quâ institutâ Prætor alius ve competens Magistratus. *l. 1. 2. 3.  
Cod. d. tit. extra ordinem Judice (quem vocant pedaneum vide  
Magnif. Dn. Tab. in part. Elem. p. 262.)* ad hoc non dato in iure  
summariè de re cognoscit, & reum testamentum proferre, illud-  
que publicè recitari jubet *alleg. l. 1. §. 2. C. conf. Duaren. cit. loc. §.  
c. 4. Dn. Carpzov. P. 3. consf. 5. Def. 24. n. 10.*

THESES. VII.

Causa  
Phyf. Re-  
mota.

Causam Remotam quod attinet, notandum, eam concer-  
nere vel interesse *publicum*, vel *privatum*: Illud est, quòd  
publicè interfit, *suprema hominum judicia sortiri exitum nihil-  
que voluntati testantium fieri contrarium l. 5. ff. test. quem. aper.  
cap. ultima voluntas. c. 13. quest. 3.* quòd facit *l. 2. ff. si à parente quis  
man. §. per traditionem 40. Inst. de Rer. Div. C. I. A. test. quem.  
aper. th. 5.* Dn. Carpzov *d. loc. Def. 25. n. 3. junct. l. 1. Marpurgens.  
consf. 15. n. 7. & consf. 20. n. 8.* Hoc interesse sc. *privatum*, in  
prætensione seu postulatione heredis sese exerit, *cujus multis  
variis que ex causis interesse potest, ut inspiciendi legendique  
testamentum vel. tabb. ad causam testamenti spectantes, ei deitur  
facultas. Duaren. d. loc. c. 1. pr. & c. 2.* Ad causam autem testam-  
enti spectare dicuntur ea, quæ quasi ad testamentum (& quidem  
ut notat Gothofred. *ad d. l. 2. ff. test. quem. aper. quocunque tenore*)  
facta, vel in quacunque materia scripta sunt, ut ultimam volunta-  
tem contineant *d. l. 2. §. 2. l. ult. C. eod. l. 1. ff. de tabb. ex lib. qualia  
fuere*





fuere quoque tria illa signata volumina, ut Suetonius in *e. ult. Octav. August.* aut quatuor, ut Dio refert (cum in quarto Octavius Tiberio bene gubernandi præcepta reliquerit) quæ apud Vestales cum testamento deposita in Senatu proferri & recitari voluit Augustus. Conf. Tacit. *1. Annal. 11.*

THESES. VIII.

**C**onsideratâ Causâ Physicâ Remotâ & Propinquâ, sequitur Causâ Moralis impulsivâ seu procatactica, ad quam referimus controversias ex testamentis descendentes Wesenbec. *in parat. n. 2. test. quem aper.* de quibus neque transigi neque veritas aliter exquiri potest, quam inspectis cognitisque verbis testamenti *l. 1. §. 1. l. 2. d. tit. l. 6. ff. de transact.* Proinde transactionem aliter factam nullam vim habere colligunt Doctores ex *d. l. 6. l. ult. ff. h. t. arg. l. ult. C. de reb. cred.* Ubi jusjurandum præstitum de eo, quod ad testamentum pertinet, de legato puta & fidei commisso, revocatur idè, quod illud non inspectis cognitisque verbis testamenti delatum fuerit conf. Duaren. *h. t. c. 3.* & in simili demonstrantem Anton. Fabr. (vel potius Senat. Sabaud.) *in Cod. lib. 4. tit. 15. de testib. def. 44. allegat. n. 2.* Nam ipse Anton. Faber, transactionem de controversiis testamentariis fieri posse etiam non inspectis tabb. in Rational. ad *d. l. 6.* operosè adstruit: quem infirmis licet argumentis sequitur, vindex ejus G. Schifordegherus. *L. 1. controu. forens. Tract. 25. quest. 7. & 8.* Estque ex eadem ratione & hoc animadvertione dignum, quod filia renuncians hereditati patris cum testamento decedentis, propter dotè quâ accepit, renunciatione illâ non obligetur, nisi viderit testamentû, aut saltem sciverit, quid in eo contineatur Bald. & Jason ad *d. l. 6.* Deinde causæ impulsivæ deservit Regula illa Juris antiqui (relata in *l. un. §. cum igitur 1. & §. novissimo §. 11. C. de caduc. toll.*) Ante apertas tabulas heredes extraneos ex parte scriptos hereditatem adire non posse: cujus Regulæ vestigia etiam in jure nostro passim occurrunt, ut in *l. 3. §. ult. ff. de her. inst. l. 3. §. ult. ad Ser. Silan. l. 3. C. de jur. deliber. cor. tit. C. de his qui ante apert. tabb. add.*

Causa pro-catactica;

Hug.



10

Hug. Donell. *diff. Comment. lib. 7. c. 5. vers. Hoc iure posito.*  
 C. J. A. *test. quem ap. ib. 1. Perez. in C. eod. n. 1. Zoel. d. tit. in pr.*  
 Illaque, quamvis postmodum per l. un. C. de caduc. toll. sublata,  
 & in eanominatim à Justiniano cautum sit: heredes ex asse & quæ  
 ac parte scriptos, clausis etiam tabulis hereditatem adire posse;  
 cum micâ tamen salis eam cautelam accipiendam existimamus,  
 distinguentes nim. an heres clausis tabulis sui juris ignarus sit nec  
 ne: priori casu, cum nec aliunde quidem quis se heredem esse  
 scire queat, etiamnum clausis tabulis hereditatem adire non posse,  
 dicemus, non quod tabulæ non sint apertæ, sed quod his clausis  
 & non cognitis ignoret, an sit heres, Jus nihilominus exigat,  
 ut qui adire vult, certus sit, sibi hereditatem esse delatam, quod  
 quia olim semper in herede desideratum, certique erat juris, hodi-  
 diè quoque adhuc manere necessum fore putamus. Posteriori  
 modo, si nim. scientiam sui juris habeat heres, neque adituro a-  
 liud quam dilatio aperturæ tabularum juxt. d. l. 3. §. ult. de hered.  
 inst. obstat, clausis tum tabulis ipsum hereditatem adire posse  
 non diffitemur. Vid. Hug. Donell. *alleg. loc. vers. ut autem sciamus.*  
 Sed tamen & hoc casu apertura postmodum assumpta, uti-  
 litate suâ non destituitur.

THESES. IX.

Causa finalis.

**S**ic enim Causa finalis in eo i. conspicitur, ut post ejusmodi a-  
 perturam sciri possit, quinam sint heredes scripti, ac quibus  
 aliquid vel purè vel sub conditione in ultima voluntate fuerit re-  
 lictum l. 1. ff. *test. quem aper* Dn. Carpzov. P. 3. c. 5. *definit. 24. n. 8.*  
 Donell *lib. 7. c. 5. d. versu: hoc iure posito.* Molin. *thesaur. jur.*  
*Feud. cir. & criminal. tit. 26. n. 33.* Hartm. *Pistor. obs. 199. n. 13.*  
 Perez. *in Comm. (iii. test. quem aper. citiusque heres aliusve, cu-*  
*jus interest, defuncti bona adipisci queat* Dn. Carpz. *d. loc. Def.*  
*26. n. 4.* Quâ ratione etiam apertura à subsequente publicatione  
 (quæ duo aliàs animadvertente post Speculatorem in *tit. de Edis.*  
*instrum. lib. 2. part. 2. §. ostenso 4.* Duareno *citat. loc. c. 3.* à pluribus  
 JCtis confunduntur) rectius distinguitur. Publicatio enim  
 proprie



proprie dicitur, quando testamentum manu privata confectum, in formam publicam redigitur, cum in finem, ut eidem, testibus etiam mortuis, plena accedat fides atque autoritas, adeoque publicare juxta Spec. d. loc. Bartol. in l. ult. C. de re jud. & Jason in l. 2. C. de testam. nihil aliud significat, quam testamentum authenticare junct. D. Carpzov. alleg. n. 2. & 3. Speckhan. cent. 1. quast. 78. Dn. Richter. dec. 32. n. 19. Hinc publicatio non ad notitiam sed ad probationem est comparata, ita ut si heres testamento fidem perpetuam & certam accedere desideret, consequi id possit, si ad publicandum illud operam navarit. Donell. d. loc. vers. ult. & Grammat. decis. 62. n. 3. Neque enim si vel maxime tunc confectum sit testamentum, nisi tamen publicatum fuerit, executionem illud sortitur, aut ad impetrandam bonorum possessionem quicquam valet l. 4. & 5. h. Menoch. de recuper. poss. re. med. 4. n. 744. imò si quis neglecta saltim coram honestis viris aperiatur, si testamentum per se publicum non fuerit, privatam auctoritate, clausum illud aperiret, efficeret sane, ut testamentum omnem vim amissurum sit. Sichard. ad Tit. C. h. n. 4. Sufficit igitur ejusmodi apertura absque ulteriori publicatione, tum deum, si Notarius testamentum in publicam instrumenti formam redegerit, vel etiam illud alio modo publicum sit. Wesenb. cons. 107. n. 41. & Coler. decis. 248. imò si vel Notarius subscripserit testamento, dicunt idem obtinere. Sichard. de testam. l. 2. & Dauth. de testam. n. 454. Cothm. vol. 1. conf. 39. n. 274. de quo tamen alii dubitant II. Ad hanc causam finalem publicationis testamenti pertinet, ut partim falsitas apertura, quæ prout à reliquis etiam testamenti conditi partibus, ita & hic arcenda est, profligetur §. 4. Inst. de testam. ord. l. ult. C. de fidei comm. l. 29. §. 3. & ult. ibig. gloss. C. de testam. & veritas exquiratur. Duar. in d. Comm. c. 3. in pr. partim etiam metus & suspicio quævis ab hac parte prohibeantur arg. l. 2. §. 6. ff. test. quem aper. Possent enim juxta Rescriptum Divi Trajani in §. 1. in fin. Inst. de milit. test. c. l. 24. ff. eod. Post mortem testatoris quidam non difficulter existerent, qui vera testamentum subverterent judicia.



Subjectum  
Activum,

**C**ausas Externas distinctè pertractatas sequitur Subjectum, quod vel *Activum* vel *Passivum* est. Illud est heres omnesque ceteri, quibus in testamentis, seu aliis ultimis voluntatibus aliquid adscriptum est Ulpian. *in l. 3. §. 10. ff. de tabb. exhib.* Quamquam enim ista tabularum apertura & inspiciendi describendique potestas, potissimum ad heredem spectet, à cujus voluntate tota dependet testamenti causa; quòd tamen legatariis, aliisque desiderantibus, saltem quoad partem illis competentem, tabularum detur inspectio, ex *l. 1. pr. ff. test. quem. aper.* manifestum est conf. *Perez. in C. eod. n. 3.* Modò petens; se non calumniandi aut adversarii vexandi animo postulare, sed quòd suà, vel ejus, cujus nomine inspectione descriptionemque desiderabat, interesse credat, juraverit *l. 2. ff. & l. 3. pr. C. d. tit. l. 1. C. de jurejur. calumn. arg. l. 15. ad exhib. Spec. tit. de edit. instrum. l. 2. p. 2. §. 4. n. 34. C. J. A. test. quem. aper. th. 4. Bocer. D. 6. 17. Schneidew. tit. de testam. ord. n. 1. Wissenbach. Diss. 58. lib. 29. n. ult.* Quod *jusjurandum* non idèò exigitur, ut heres hoc modo petentem submovere possit, sed ut calumniæ potius evitetur suspicio *l. 3. C. h. 1. Duaren. cit. loc. c. 2. Donell. lib. 7. c. 3.* Fidei commissario universali quoque extraordinaria pro apertura persecutio competit, ut heres aditam hereditatem ex Senatus Conf. Trebelliano restituere cogi possit §. 4. Inst. de fidei comm. hereditat. Zocf. *in Comm. ad ff. test. quem. aper. n. 1. in fin.* Non minus Executoribus Testamentorum quales absentes, quoque & ignoantes à Testatore constitui possunt. Consil. Alto; ff. *p. 500.* facultas petendi aperturam competere videtur: v. Reform. Francofurt. *p. 4. tit. II.* maxime si ipsi fuerint unà legatarii, quos sibi ipsis solvere posse docet Scaccia *Lib. 2. de judic. c. 9. n. 1259.* Imò & Fiscus olim hanc inspectionem petere solebat propter vectigal vigesimæ hereditatis partis Paul. *4. recept. sem. 6. arg. l. 3. C. de Edict. Div. Hadr. toll. add. Fachin. controuv. lib. 4. c. 50. column. 2.* quod vectigal. ab Augusto Imperatore locupletandi ararii causâ erat institutum *C. I. A. d. tit. th. 7.*



sh. 7. Cœterùm quâ ratione in l. 2. pr. ff. test. quem. aper. testamen-  
tum dicatur instrumentum publicum DD. controversantur?  
Accursius add. l. 2. publicum exinde appellatum existimat, quòd  
vel à persona publica confectum sit, ut ei credatur, vel quod uti-  
litate concernat publicam per l. 5. dist. tit. Posses etiam publi-  
cum dicere instrumentum eatenus, quatenus & aliàs omnis testa-  
menti factio publici juris esse dicitur, l. 3. qui test. fac. poss. Dua-  
renus cit. loc. c. 2. idèò publicum dici vult, quia omnibus tabulas  
testamenti inspicere vel describere desiderantibus illud sit  
permissum: cujus sententiam veriorè esse, accuratior d. l. 2. & l. 1.  
pr. evincit lectio conf. Comment. Nov. ad parat. Wesenb.  
cum annot. Nobiliss. ac Consultiss. Dn. Doct. Malcomes. ad eun-  
dem tit. n. 2. Junct. Wessenbach. cit. loc. Quamvis inficias ire haud  
queamus, aliàs generaliter, omnem scripturam dici posse publi-  
cam, cui de jure vel speciali consuetudine creditur per c. cum di-  
lectus. X. de fid. instrum. Innoc. c. 1. eod. Specul. d. loc. §. nunc di-  
cendum. Junct. Emeric. à Rosbach. prax. civil. pag. m. 498. n. 18.  
& seqq.

THES. XI.

POSTquam Subjectum *Activum* pertractavimus, nunc consi- Subjectum  
derandum occurrit, Subjectum *Passivum*. Etenim qui præ- Passivum.  
stito juramento calumniâ tabulas testamenti sibi exhiberi idque  
fieri sua interesse præten dit, suam intentionem adv. eum dirigit,  
apud quem Tab. esse dicuntur eumque vel *fatentem* vel *negan-*  
*tem*: Si reus apud se tab. esse fateatur, inspicere tamen & describi  
illas non concedat, vel nihil alleget, cur exhibere eas non debeat,  
tum Actor implorat officium Judicis, & ab hoc postea Reus ta-  
bulas testamenti exhibere compellitur l. 2. §. 8. ff. h. i. l. 1. §. 1. ff. de  
tab. exhibend. C. J. A. d. tit. sh. 4. Solet autem Prætor sic officio  
suo fungi, ut compellat injungatque reo productionem per man-  
datum sine clausula justificatoria, ita nîm. ut Reo non detur ex-  
cipiendi aut contradicendi facultas. Mindan. de mand. lib. 2.  
c. 51. n. 2. Quæ mandata sine clausula hodie in judicio Camerali  
& aliis Judiciis Principum Imperii, ubi jus commune viget, verè  
juxt.



juxt. interdicendi modum antiquum decernuntur. vid. Gail, lib. 1. obs. 13. & 14. ubi & casus Mandatorum sine clausula in Camera usitatos recenset. Item Ordin. Cameral. lib. 3. tit. 23. Frider. de interd. comm. 14. per tot. & tract. de mandat. c. 10. Swanmann. Process. Cameral. lib. 2. observ. 134. 135. Thom. Maul. tractat. de mandat. sine claus. Laur. Reichwein de formul. c. 7. c. fin. & C. J. A. de interd. ib. 18. & seqq. Conf. & Blumm. in Process. Cameral. tit. 34. n. 75. usq. ad n. 169. ubi 48. enumerantur casus. Interim tamen negandum non est, in hac coercionem, quæ non tam in jure dicendo quam exequendo h. e. in imperando & jubendo consistit, adeoque Imperii magis est, quam Jurisdictionis Duaren. tit. test. quem. aper. c. 4. Wesenbec. parat. de Invidict. n. 7. causæ cognitionem aliquando esse necessariam v. g. cum incertum est, num superstes sit is, nec ne, cujus testamentum inspicere desideratur; Namque si testatorem non decessisse constet, is penes quem tabb. testamenti sunt, inspicendas ac describendas illas proferre non est compellendus l. 2. §. 4. ff. test. quem. aper. Hinc Dion; in Augusto, hanc causam dissidii & contentionis fuisse inter Cæsarem & Antonium, refert, quod Cæsar Antonii adhuc viventis testamentum publicaverit, & palam recitaverit. Duaren. d. loc. Cæterum quod ad d. l. 2. tradi solet, hominem centum annos vivere præsumi, illud male ex l. 23. C. de SS. Eccles. colligi docet Coras. §. Miscell. c. 8. indeque rem arbitrio Judicis committit.

Sin Reus tabulas testamenti apud se esse diffiteatur, aut aliquid alleget, quod causæ cognitionem desideret, tunc Prætor interdicitum de tabb. exhib. l. 1. §. 1. de tabb. exhibend. l. 2. §. ult. h. t. concedit: quanquam ab herede actione ad exhibendum & rei vindicatione conveniri etiam possit l. 3. eod. qui tabulas detinet. Quâ ratione Prætor judicem pedaneum dare solitus est.

#### THESES. XII.

Objectum **V**llis illis, qui aperturam inspectionem & descriptionem petere queant, & contra quem hæc persecutio extraordinaria institui possit, operæ pretium erit, nunc considerare, quidnam aperturæ huic subjaceat. In Genere igitur huc spectare dicimus primò



primò testamentum tam scriptum quàm nuncupativum Prückmann. *vol. 1. consil. 48.* Ut autem posterius apertura objectum constituat, citari & examinari antea testes debent, quò eorum dicta in publicam scripturam redigi deinceps possint. Carpov. *in Ipr. Forens. p. 3. consil. 5. Defini. 24. n. 5. cum allegat.* Secundo non solum testamentum, quod verè & propriè tale est, formalitè habet requisita; vid. Nobilis. ac Consult. Dn. Weinreich. *Illustr. Castr. Fridberg. Consil. & Synd. meritisimus, Fautor ac Patronus meus omni observantia cultu prosequendus, in Disputat. pro Gradu habità de testament. ib. 17. & seqq.* verùm etiam illud quod *nata 2045 mōs* & abusivè dicitur testamentum, quale est saluum, injustum ruptum, irritum & imperfectum *l. 2. §. 1. ff. testam. quem aper. l. 3. §. Item sive 26. de Senatus C. Silan. & Claud. jung. C. J. A. Georgii Biccii ad d. ii. th. 2. & Nobil. Dn. Struv. Exerc. 45. thes. 46.* Neq; verò novū esse, verba aliquando abusivè accipi, ubi Legis vel Edicti alicujus expostulat sententia, probat Donnell. *Comm. Jur. Civil. lib. 7. c. 5. p. 296. n. 70. column. 1. & p. 1222, in princ. & seqq.* ubi multis exemplis hoc declarat. Tertio huc referuntur Codicilli, qui pars testamenti intelliguntur, & ad habendam cognitionem legatorum aperiuntur *l. 11. ff. & l. ult. C. h. 2. l. 26. §. 1. de legat. 1. arg. l. 1. §. 2. ff. de rabb. exh.* Quarto objectum hoc constituunt secundæ tabulæ testamenti pupillares scilicet, quæ respectu principalium ita vocantur *l. 2. §. 2. ff. h. t. l. 5. §. 14. ff. de his que ut indign. l. 11. §. 1. l. 77. ad L. Falcid.* Sunt enim tabulæ illæ pupillares pars & sequela prioris paterni nim. testamenti *l. 11. ff. h. t. §. 6. Inst. de vulg. & pupill. subst.* Non obft. *l. 8. ff. d. ii.* ubi dicitur, Prætorem eas non pati inspicere. Distinguendum enim an tabulæ illæ secundæ pupillares seorsum fuerint signatæ vel non; illo modo apertura interdicatur, hoc conceditur, quia hoc casu principale testamentum aperire non possumus, ut non etiam tabulæ pupillares aperiuntur; aliud itaq; dicendum est de casu *d. l. 8.* ibi enim paternum testamentum clauso quoq; filii impuberis testamento aperiri potest. Quinto aperiuntur & testamenta inter liberos & ad pias causas Thom. Grammat. *de off. Neapoli. 62. n. 3. & 4.*



In Specie nuda apertura sufficit in testamentis quæ publica fide h. e. coram Principe & apud Acta confecta sunt, ut DD. ex l. 34. C. de donat. & c. 1. & ult. X. de fid. instrum. concludunt. Vel quæ à Notario, vivente jamdum testatore, in instrumentum redacta sunt, aut si coram Notario aut Magistratu testes scripturas & signacula testator agnoscere jam curaverit; hujusmodi enim testamenta suo modo neque testes neque alias solennitates desiderare dicuntur in l. 3. C. di. l. 19. C. de testam. Sutholt. Dissert. Justin. tit. 7. n. 12. cum allegat. An autem publicatio in privilegiis & instrumentis fieri potest, quando ob vetustatem vel aliam justam causam de ipsorum consumptione metuatur, quæritur? Affirm. Specul. l. 2. p. 2. tit. de Edit. instrum. §. 4. n. 25. De quo quidem de pro. 808. Quid si verò in duobus exemplaribus æquè solennibus testamentum scriptum sit, an utrumque est aperiendum? Responsio est in l. 10. princ. ff. h. s. quòd unum esse apertum sufficiat, uno enim aperto semper verum est, apertum esse testamentum Duaren. h. t. c. ult. Exemplar autem & Exemplum uti distinguantur, obiter recensere hic non alienum puto. Videlicet Exemplar ipsum est Authenticum seu originale ipsius scripturæ ein gleichgültig oder gleichlautendes Original. Exemplum vulgò Copie oder Abschriefft. Non obstante, quòd exempla etiam aliquando pro Codicibus Authenticis sumantur, ut in l. 24. ff. qui testam. fac. possunt. Aliter ac in l. 1. §. 6. de bon. poss. secund. tabb. Neque lex 47. de Legat. 2. efficit, ut appellationem exemplaris, & exempli ita confundere debeamus, ut etiam exemplar nonnunquam copiam seu exemplum denotet ( uti quidem vice versâ in d. l. 24. exemplum pro exemplari capitur ) quia in d. l. 47. casus dubius in Exemplaribus discrepantibus proponitur, adeoque Exemplaria sibi non consonant. Sed in d. l. 24. exempla accipiuntur pro talibus, quæ ejusdem efficaciz sunt, cum eo cujus sunt exemplum, ut scilicet paritas & scripturæ & firmitatis in utrisque reperiat. Alia omnia exempla sunt strictè dicta, Copiæ, quæ nim. similes sunt scripturæ sed transumptæ tantum, & non ejusdem roboris cum Authentico, uti in allegat. text. Græci plura excu-



exemplaria ἀντίγραφα, item ἰσότυπα appellant. Qualia pluribus  
 amicis concredi solebant. Unde & Casaubonus *ad c. ult. August.*  
*in Sueton.* cum Augustus utrumque volumen suæ voluntatis ap-  
 easdem Vestales deposuerit, unum ejus fuisse putat testamen-  
 tum duobus Codicibus scriptum *conf. & Salmasium contra Her-*  
*aldum in c. 8. Defens. miscell.* Quandoquidem verò de exemplis  
 differere cœpimus etiam hoc resolvamus dubium: si forsan te-  
 stamenti authenticum & exemplum concurrant, utrum eorum  
 aperiendum sit? Resp. authenticum esse aperiendum, quia ex-  
 emplo aperto nihil agitur *l. fin. ff. h. t. l. 1. §. 7. de bon. poss. secundum*  
*1 abb.* Exempla enim fidem non faciunt *l. 2. ff. de fid. instrum.*  
*Auth. si quis in aliquo docum. C. de Edend. Novell. 119. c. 3. c. 1. X.*  
*de fid. instrum. c. jejunium dist. 7. 6. c. ut veterum dist. 9. l. fin. in pr.*  
*C. de divers. rescript. conf. Duaren. d. loc. Umm. ad process. judic.*  
*Disp. 17. ib. 6. n. 28. cum allegatis.* Non obstante (1.) *l. 37. §. 5. de le-*  
*gat. 3.* ubi circa finem dicitur, credendum esse scripturæ. Resp.  
 ibi contineri casum, quo testator de deposito restituendo jura-  
 mentum præstiterat. Nec etiam (2.) resistit *l. 57 ff. de admin. & pe-*  
*ric. tut.* Excipiendus etenim casus, quando originale casu for-  
 tuito, incendio nim. periit, tū sc. exēplū ante hāc parte adversā cita-  
 tā & auctoritate publicā descriptum, omnino fidem facit vid.  
 Gothofr. in not. *ad d. l. lit. C. cum N. ob. Dn. Struv. Exercit. 28.*  
*ib. 31.* & communiter Doctores exemplum probare statuunt,  
 si auctoritate Judicis transcriptum sit per manum Notarii. *Spe-*  
*cul. alleg. loc. §. nunc dicendum 7. versu & generaliter. & Tit. de Re-*  
*scripti. presentat. §. 1. vers. penult. Socin reg. 136.* Vel si de verbo  
 ad verbum originale sit extractum, ipsumque Actis relictum An-  
 gel. in *dist. Auth. c. si quis in aliquo.* Porro contra ipsum exemplan-  
 tē & copiam producentem, exempla etiam ob: & subreptitia pro-  
 bare volunt Bartol. in *d. Auth. Jacob. de Aret. in l. 2. §. 4. circ. fin.*  
*ff. testam. quem aper. & in l. 45. §. 5 ff. de jur. Fisc. junct. c. 7. vers.*  
*per falsitat. & vers. per suppress. X. de fid. inst. l. 20 ff. de probat.* Quod  
 si duot. istam. originalia a se invicem discrepantia reperiantur, po-  
 sterior effectum publicationis habebit. Quod nec moribus abro-  
 gatū est, ut nim. in ea tantū parte posterius obtineat, in qua prio-  
 ri ad-



❧ ❧ ❧

ri aduersatur. Reliquis in hoc salvis manentibus. Nil enim ad terras Imperii Argentraeus ad Consuetud. Britann. *art. 570. gl. 1. Gudelin. L. 2. de jur. Noviss. c. 5.* Si deprehendantur, eodem die condita, & quodnam eorum prius sit, ignoretur, neutrum valebit, *arg. l. duo sunt 30. de test. ruz. & l. 1. §. si quis in duob. 5. ff. de bon. poss. sec. 1. abb. l. eum qui pr. de acquir. vel omitt. hered. Böer. decis. 31. Fo ster. Lib. 4. c. 8. n. 12. nisi in altero, hi qui ab intestato successuri erant, scripti essent, Zoef. ad ff. de injust. rupt. & irrit. testam. n. 31. Cautelam, quomodo nihilominus ex utroque hereditas adiri possit, adducit Cœpolla *caus. 227.**

### THES. XIII.

Forma.

**P**Rælibato objecto, properandum ad Formam; Est autem illa alia *privata apertura*, alia *publica*. Illa in nuda & simplici testamenti consistit inspectione, non interpellatâ Judicis auctoritate, neque etiam citatis ad recognoscendam testibus, tantum ut consideretur num solennitates de jure requisitæ in eo fuerint adhibitæ nec ne: quis heres scriptus, aut quibus aliis quid in testamento fuerit relictum Nob. Dn. Struv. *Exec. 34. th. 41.* Et locum habet in testamento judicialiter insinuato vel publicâ Notarii auctoritate per instrumenti confessionem firmato. Hartm. *Pist. O. 199. n. 24.* Quod autem *publica apertura* Formam attingit, duplex illa est, tam *petende*, quam *peragende*; Licet quandoque petitio apertura testamenti iudicibus oblata, oder eines bey *Gericht hinterlegten Testaments* negligi soleat. Tum verò sine *Judex* quidem heredes ab intestato venientes aut in testamento obsignato comprehensos, & ne testes quidem noverit, curare is debet, ut intervenientibus optimæ opinionis viris ( quorum septem requirit *Speculat. in Tit. de Edu. instrum. §. 4. in fin.* ) testamentum illud aperiatur, & post descriptum cognitumque factum ab iisdem ad futuram solennem aperturam obsignetur *l. 7. §. nec ad rem pertinet. ff. & l. 2. C. h. t. l. 1. §. 36. de positi. Thololan. in. Synagm. Jur. univers. lib. 42. c. 4. in fin. & lib. 46. c. 2. n. 11. Molin. in lib. sup. alleg. tit. 26. n. 36. Carpvov. in 7pr. Forens. P. 3. C. 5. def. 25. n. 4. & 5. ubi totam rei seriem in præjudic. recitat,*

Barry



Barry *l. 13. tit. 11. n. 3.* His peractis, Judex demum heredes, aliosque quorum interest *l. 1. pr. ff. h. t.* ad aperturam solennem citare, & ea quæ deinceps sequentur peragere potest. Quod si verò petenda olim esset apertura Romæ, Prætor in jure adibatur, in Municipiis Magistratus, ut Præses aut Pro Cons. & quidem vel suo vel alieno nomine quis eam desiderare poterat *l. 1. pr. h.* Non obstante, quod apertura illa actibus Legitimis accenseri soleat. Nam qui tabulas inspicere vult, inspicit etiam atque describit, ipse non celebrat actum Legitimum; sed is qui jussu Magistratus signa agnoscit. Hoc enim, nec alieno nomine, nec sub conditione fieri potest. Non secus ac eodem modo linum aperire, & jubere recitari illo modo potest Magistratus: ut adeo solennis actus aperitur tantum inter Magistratum & signatores perficiatur; Nunc requiri debet Judex ordinarius, cujus Jurisdictioni testator fuit obnoxius *l. 2. 3. C. de testam.* (ut tamen in Regia Constantino-pol. urbe, deficientium voluntates, non nisi ap. Magistratum Censûs aperirentur vid. *l. 23. C. d. t.* ibique Gothofred.) vel quo ferre is testamentum mandavit *l. 2. C. h. t.* non cui heres subsuit, (unde si Laicus in testamento clericum heredem instituit, Laici superior ad eundem est Covarruv. *Pract. quest. 8. n. 1.*) Et sic quidem se forma petendi habet ratione *Judicis.* Pars *actrix* sua interesse ostendet, atque in eum finem præstabit juramentum calumniæ, adv. eum à quo tabb. ad aperiendum eas exigit, per *l. 3. C. h. t.* contra Reum verò editionem detrectantem Judex à mandato compulsoriali sine citatione ulteriori, incipere potest. Sichard. *in Cod. h.* ita ut intentio productionem exigentium ad solam narrationem, quod penes aliquem testamentum sit, suâque istud exhiberi referat, pro fundata habeatur Fr. Mindan. *lib. 2. de mand. dat. c. 51. n. 2.*

## THESES. XIV.

Forma peragendæ aperturæ concernit & *modus & tempus*; Forma quoad hoc alia iterum procedendi ratio est *Juris veteris*, peragendæ alia *Novi*; Jure veteri, quamvis Lex Julia de vicefima statim post mortem testatoris aperiri tabulas voluerit, (h. e. intra modicum

C 2

teun-



tempus, circa cuius interpretationem Rescriptis variatum est )  
attamen Paulus idem à præsentibus intra tertium vel quintum à  
morte testatoris diem, at absentibus intra eos dies cum superve-  
nerint: id est, à tempore ipsorum reditus peragendum fuisse me-  
morat *lib. 4. recept. sent. tit. 6. §. testamentum. Wesenbec. parat.  
n. 4. test. quem. aper.* Hodie secundum Jus Saxonicum trigesimo  
die tempus aperturæ constat. vid. *Sächsisch Landrecht. art. 22.  
lib. 1. & art. 15. lib. 3.* Rauchbar. P. 2. *quæst. 21.* seu intra mensem  
alibi quoque. Menoch. *de A. 7. R. lib. 2. c. 20.* uti moribus Branden-  
burg. Prückmann. *vol. 1. consil. 48. n. 16.* quoniam hæc res dilatio-  
nem non recipit *l. ult. in pr. de appellat. recip. vel non l. 6. quorum  
appell. non recip.* quandoque tamen vel ex ipsius Testatoris  
facto tempus aliud præfinitur, vel etiam ex facto Rei conventi  
tempus prorogandum est, si de exhibendis demum tabb. agatur:  
& tum à Judice terminus datur ad exhibendum ei, contra quem  
intenditur hæc persecutio, si forsan in præsentia non  
possit exhibere tabulas testamenti *l. 2. §. 7. ff. h. t.* Item ex justa  
causa alia dilatio fieri solet, de qua Magistratus ex facto statuet.  
Pœna autem protractioni statuta, non reperitur: nec tamen du-  
bium est, posse Magistratum pro arbitrio moram injustam par-  
tis coercere ob. *l. vel negare ff. d. tit. l. 1. pr. ff. si quis omisi. caus.  
testam.*

Modum quod concernit, vel est solennis vel minus so-  
lennis. Ille fit citatis à Magistratu competente heredibus, ac  
omnibus quorum interest, nec non testibus, ut hi suas suscrip-  
tiones & sigilla recognoscant. *l. 4. l. 7. ff. h. t. Carpzov. p. 3. const.  
5. def. 24. n. ult. & def. 25. n. 1.* Vincentz de Franch. *decif. 429.*  
*Molin. d. tractat. tit. 26. n. 35. ibi.* Wann Testamenten eröffnet  
werden / so seyndt die Zeugen / welche es versiegelt zuveruffen /  
damit sie ihre sigilla recognosciren und erkennen / junct. Johan  
Meystern von Lindenfels in *specul. Notar. Lib. 3. P. 2. p. 380.* hujus  
tenoris: zu wissen / daß auff N. N. empfangenen schriftlichen  
Beselch / ich N. N. die hier vorgesezte Zeugen / an heut dato vor  
mich erfordert / und sie ihre subscriptiones und anhangende  
sigilla recognosciren lassen / gestalt sie alle dieselbige für ihre  
Hand-



Handschriften und Sigell erkand und recognoscirt / darauff  
 ich gegenwärtig Testament eröffner. c. Notandum igitur hinc (1.)  
 Judicem competentem l. 1. 2. C. test. quem. aper. l. 18. l. 23. C. de  
 testam. l. 30. de C. donat. per literas citatorias ad locum aperturæ  
 omnes, qui in testamento sunt descripti vel quorum interest, evoca-  
 care, ad quod etiam à parte per Libellum supplicem vid. l. 2. C. h.  
 ibique Brunnem. requiritur. Gilken. in l. 2. C. de test. n. 1. arg. l. 39.  
 de adopt. c. fin. de fid. instrum. & in Auth. si quis in aliquo C. de  
 Edend. n. 4. ubi communem Doctorum, multorumque autho-  
 ritatibus comprobata esse opinionem ostendit, in qualibet  
 instrumentorum transumptione, eos quorum interest, esse citan-  
 dos, eique citationi parere quoque debent ipsi testes, quantum-  
 vis eorum nil intersit. Ed nim. facit, quod Author du Conseiller  
 d' Estat Second. part. chapitr. cinq. fuillet 409. monet. Ibi:  
 Au contraire, faut obliger estroitement les parties sous grandes  
 peines, à pour suivre leurs affaires par les degrez, & aux lieux,  
 qui sont ordonnez par les Loix: Et le Prince doit em-  
 pescher que par evocations, ou à soy, ou à quelque autre de ses  
 Juges, il n'y soit contrevenu legerement, & sans grande cause.  
 Quoad ceteros autem qui citantur, illud valet, quod in actibus  
 præjudicialibus omnes vocandi sint quorum interest l. 47. ff. de re  
 jud. arg. l. in caus. cog. 13. ff. de minor. ibi: causa enim, junctâ l. 8. ff. de  
 aqu. & aqu. plu. arc. l. fin. C. de aut. præstand. ibi: ut quod omnes  
 similiter rangit. c. ad hæc. X. de Off. Archi Duc. Et quidem citan-  
 di sunt 1. heredes vel nominatim & specialiter, si eorum nomina,  
 in primis successuri ab intestato sint nota, vel generaliter per con-  
 clama seu Edictum publicum arg. l. 6. C. de remiss. pign. & Auth.  
 Si omnes C. si minor ab heredit. se abst. Salycet. in l. publicati C. de  
 testam. Zoel. comm. ad ff. tit. test. quem. aper. n. 3. junct. Nov. 112. c. 3.  
 Item 2. testamentarii seu testes & vel omnes vel major illorū pars  
 l. 4. l. 6. ff. d. tit. ut sigilla & supscriptiones suas recognoscant. Ant.  
 Fab. in Cod. lib. 6. tit. 13. vel se signasse negent l. 1. §. 2 & l. 5. ff. test.  
 quem. aper. recognitis autem manibus & sigillis interrogari debet,  
 an interesse testamento rogati fuerint, & præsentibus ipsis testa-  
 tor, testamentum illud suum esse pronunciaverit, h. hæc consultiss.



21. *C. de testam.* Quid verò, si testes aut in non comparendo sumptu-  
pliciter, aut non debito modo, fuerint contumaces? Vel captis  
pignoribus *arg. §. pen. Inst. de satisd. iur. l. 29. §. 7. ad. L. e. Aquil.*  
*c. fin. X. de test. cog. l. si quando 19. C. de test. Ruland. 2. de commiss. 2.*  
*6. 7. n. 8.* Vel pœnali iudicio coerceri solent *l. 1. §. quis jus dic. non*  
*obtemp. l. 3. §. 9. ff. de tab. exhib. Uram. ad process. iudic. Diss.*  
*16. th. 8. n. 51.* At, cùm quidam citatorum abfuerint vel sigilla sua  
agnoscere negaverint, an idè impediatur apertura, questionis  
est? *Neg. l. 1. §. fin. ff. h. t. cum. gloss. & DD. latius. add. Dn. Rich-*  
*ter. decis. 32. n. 21. Vasqu. de success. resol. lib. 2. §. 17. n. 5. cum allegat.*  
*Tholosan. in syntagm. iur. Univ. lib. 42. c. 4. n. ult.* Sed si vel major  
pars signatorum inventa fuerit, honesti viri adhibentur, quibus  
intervenientibus fiat resignatio: utut tabulæ testamenti hoc  
casu fiant suspectæ *d. l. 1.* quæ tamen suspicio postquam diluitur,  
quoniam testamento aperto, sigilla adhuc remanent, semper que  
recognosci possunt *Duaren. cit. loc. cap. 4.* Unde ad illa recogno-  
scenda, si testes non adè longè absint, tabulæ eò mitti debent.  
Quid verò, si omnes absint signatores, & causa tamen aliqua  
tabb. aperiri urgeat. Tum verò Prætor aut Pro Consul curare de-  
bent, ut intervenientibus optimæ opinionis viris nihilominus  
aperiantur, & post descriptionem factam, ab iisdem (quibus in-  
tervenientibus apertæ sunt) obfignentur: tunc deinde eò mittan-  
tur, ubi ipsi signatores sunt, ad sigilla sua inspicienda *l. 6. & 7. h.*  
Numerum virorum adhibendorum, si quando per conjecturas  
procedere liceret, aliunde commodiùs definire non possemus,  
quàm ex *l. municipalia 15. C. Theod. de Decurion.* idque quoad  
ipsa Municipia. Sic enim tres Curiales, præter Magistratum &  
Exceptorem publicum ad gesta municipalia adhiberi voluerunt.  
Arcad. & Honor. Imper. Aliàs autem tutiùs quis inhæreret tra-  
ditioni Durandi Specul. *supr. th. 13. adductæ.* Aliquando neque cõ-  
vocatio testium, neque præsentia Judicis necessaria est, si tabulæ  
nim. suâ sponte vel etiam sui naturâ patefactæ sint *l. 10. §. 1. ff. h. t.*  
*rationem reddit Bartol. ad d. l. quòd illud, quod natura faciat, non*  
*ageat ministerio iudicis.* Quod si testamentum consultò post  
mortem testatoris ab alio rescissum fuerit: quomodo tum de  
ejus



ejus contentis votti Inhalt constare possit, docet Carpov. P. 3. *const. 5. def. ult.* Sic ergo signatoribus adhibitis, Romæ Prætor in jure: sed in foro vel Basilica Magistratus, si testamentum in Municipio, Colonia, Oppido, Præfectura, Castello, Conciliabulo factum esset, inter horam secundam & decimam diei (Paul. 4. *sent. tit. 6. de vicesima. & lib. 3. tit. 6. ad Silan. §. pen.*) lino rupto, testibus præsentibus, instrumentum seu chartam ultimam voluntatem continentem aperiebat, concessâque desiderantibus, & aliis quorum interest, inspiciendi describendive facultate d. l. 1. & l. 3. *C. eod.* testamentum rursus obsignatum mittebat ad testes quoque absentes, ut & ipsi sigilla agnoscerent sua Cajus in l. 7. ff. h. s. Molin. *supr. allegat. loc. n. 36.* Es kann auch das Testament durch den mehrertheil der Zeugen wieder verschlossen/versiegelt und den Abwesenden zugeschickt werden / damit sie ihre sigilla auch recognosciren und erkennen / und dessen schriftlichen Schein von sich geben mögen. Quæque dicto modo de Pratore disponuntur, eadem suâ ratione non minus ad Magistratus modernos pertinent v. Hartm. Pistor. *obs. 199.* Quemadmodum ulterius ex asertis hisce quoad testes apparet, Judicem non posse eos, qui longius absunt, ad recognoscenda sigilla revocare, quia hoc absque ipsorum incommodo haud fieri posset; imò iniquum foret officium suum cuiquam esse damnosum d. l. 7. *junct. l. 71. de fure. l. 3. §. ult. ff. de test. l. 19. C. eod.* Interim competens Judex, si testes ceteri alteri territorio subsint, ejus Provinciæ Magistratum per literas mutui compassus requirere debet, bitur recognitionem illam fieri curet, factamque ad instructionem requirentis remittat Ant. Fab. in C. *hb. 6. tit. 13. Umm. d. Dissp. 16. th. 8. n. 57.* Neque illis quicquam obest, quòd testium quorundam signa & subscriptiones per alios quoque recognosci possint. Illud enim tum obtinet, quando recognitio per auctores fieri non potest, utputa si defuncti sint, vel ita absentes, ut neque ad eos mitti neque eorum reditus expectari possit, ut recte Ant. Fab. d. loc. Quòd autem recognitio testium jurata esse debeat, Dauth. tradit in l. 2. *C. de testam. n. 5.* De Magnatum testamentis, uti ea aperiantur, alii quibus plus temporis est, disserant.



serant. Nobis è veteribus observata est Augusti Imperatoris testamenti apertura, de qua hæc refert Sueton. in cap. 23. *Tiber. Cas. Illatum deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus, nisi Senatorii ordinis, cæteris extra Curiam signa agnoscen- tibus, recitavit (Tiberius) per liberum.* Modernam Principum Imperii Testamentorum aperturam & publicationem cum omni- bus solemnibus egregie repræsentat die Beschreibung/ wie Wenland des Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn Herrn Georg. des II. Landgraffen zu Hessen Fürsten zu Hersfeld re. hinterlassenes Fürstl. Testament eröffnet und publicirt wor- den. Quæ descriptio legitur in *Ihr Höchstseltigsten Fürstl. Durchleucht. Ehrengedächtn.* p. 48. seqq. Antequam tamen pensum meum de formali ratione absolvam, quætionem quan- dam subjicere luber, quæ inter DD. multum dubia est & difficilis. An decedente ante recognitionem sigillorū teste uno vel altero, testamentum intercidat? Affirmativam tuncur sententiam cum Dauth. ad d. l. 2. *C. de testam. n. 1.* Vasquius l. 2. *de success. s. 17. n. 8.* Grafs. §. *testament. quest. 80.* Barry l. 11. tit. 11. & Dd. communi- ter, hæc moti ratione, quod privata sit scriptura, adeoque testa- menti fides hoc casu pereat: pro fundamento iidem sententiæ hujus constituit. Pontific. c. 2. *X. de fid. instrum.* adducentes, ubi si instrumentum aliquod non à publica persona confectum aut authentico sigillo munitum sit, licet subscriptionem habeat te- stium, si tamen testes decesserint, fides instrumenti perire, nec ullius esse autoritatis, dicatur. Negantium verò castra sequuntur Vigl. in §. 7. *Inst. de testam. n. 9. & seqq.* Duaren. d. loc. c. 4. Anton. Fab. 6. *Error. pragm. n. 3. & 2. seqq.* & quos citat Hillig. lib. 7. c. 5. lit. G. Wissenbach *supr. alleg. loc. itemque Mev. in P. 4. Decis. Wisuariens. 13.* ubi duos testes ad probandum, sed non tamen nudam Notarii assertionem sufficere tradit. Quæ posterior, ut probabilior & verior, salvâ aliâs contrariantium autoritate, mihi quoque arridet sententia. Cum affirmativa partim à veterum ICtorum placitis, partim à Juris ratione videatur aliena. Præterquam enim quod destituamur textu Juris nostri quo af- firmantes tuto innitantur, recognitio sigillorum non tam ad for- malem



malem testamenti solemnitate[m], quàm solemnitate[m] probationem  
 pertinet *arg. l. fin. C. de fideicomms. & l. fin. C. de bon. poss. secundum*  
*rabb. conf. Magnif. Dn. Tab. in annot. ad C. J. A. tit. test. quem.*  
*aper. th. 5.* Quid quòd ea quæ facti sunt, non operari queant, ut  
 ea quæ semel legitimè peracta sunt, perire debeant *arg. l. 2. h. e.*  
 Atque nimis durum esset & iniquum, (testamenta, quæ tamen  
 exitum habere, publicè interest, ut supra in processum. & ipsà tra-  
 ctationis causà Remotà commemoravimus) unius vel alterius  
 facti perire. *conf. Ant. Fab. in Com. Cod. h. e. Definit. un. & allegat.*  
*n. ult. junct. Def. l. in allegat. n. ult. tit. de Exec. rei judic.* Neque  
 verò sententiæ nostræ quicquam officit, dicta constitutio Pon-  
 tific. quia illa nò de testamento, sed de privatis scripturis agit, quæ  
 quacunq[ue] de re fieri solent: & minimè credendum est, constitu-  
 tionem illam generaliter loquentem, nihilquæ de testamento ex-  
 primentem ad solenne pertinere testamentum. *Duaren. d. loc.*  
 Non etiam obstat, quòd dissentientes objiciant, testes mortuos  
 non posse recognoscere sigilla & subscriptiones *Resp.* Sufficere  
 posse, si per superstites fide dignas personas ejusmodi recogno-  
 sitio in supplementum fieri queat. *vid. Nob. Dn. Struv. novissimè*  
*edita resolut. II. obstant. ad tit. test. quem. aper. ad th. 42.* Magnif.  
 Dn. Tab. *alleg. loc.* Denique non refragatur *l. 4. ff. h. e.* ubi dicitur,  
 Prætoris officium esse, signatores convenire, & sigilla sua reco-  
 gnoscere jubere. Respond. Præto[rum] loqui de his, qui super-  
 sunt, non qui decesserunt. Ut ut verò ea omnia se rectè habeant,  
 videmus tamen majoris cautele gratià, testatores confectò quan-  
 tumvis solenniter testamento, præter testes testamentarios No-  
 tarium aliosquæ duos vel tres testes adhibere, coram quibus Te-  
 statores, priores testamenti testes rogent, ut manum suam & si-  
 gilla appolita recognoscant, eoquæ factò, Notarium, ut super ea  
 recognitione instrumentum conficiat requirere, quàm quidem ra-  
 tione alià recognitione opus non est. *Roland. à Valle consil. 36.*  
*vol. 1. n. 20.* Testamenti nuncupativi, si de eo quærat[ur], publica-  
 tio non antè fieri solet, quàm testes de totius testamenti tenore  
 juratò deposuerint. *Pückm. vol. 1. consil. 48. n. 4.* Conf & Hon-  
 dedeum *2. consil. 26.* & *Kirchov. tom. 3. consil. 25.* Et in eo, si unum

D

alte-



alterumve testem decedere, ante publicationem, testamento in scripturam per Notarium non redactò, contigerit, testamentum corruere docent per *l. 21. §. fin. C. de testam. ord. vid. Nobiliss. Dn. Weinreich. allegat. supr. Disp. Inaugur. ib. 38. in fin.* Atque hæc de modo aperiendi secundum Jus commune, rudi, ut ajunt, Minervâ, dicta sufficiant.

## THES. XV.

**H**odiè non ob hoc tantum publicationem non amplius adhiberi tradunt, quòd ratio publica cesset, quæ erat, ut ab extraneis heredibus locupletibus, vicefima hereditatis pars Reip. daretur: nam ea tantum efficere potest, ut non amplius Reip. directò intersit, testamenta publicari; Sed & idè, quòd testamenta, ut plurimum publicâ nitantur autoritate, vel super iisdem publicâ conficiantur instrumenta, rarò vel nunquam locum habere publicationem statuunt post Jason. in *l. 2. C. de testam.* Gilken. *ad eand. l. & l. 2. C. testam. quem aper.* Hartm. Pistor. *obs. 199. n. 11.* Imò & testamenta manu Notarii publici, absq; solennitatis formâ publicata plenè probare ait, Specul. *§. 4. n. 34. tit. de Edit. instrum. conf.* tamen omninò Carpzov. *Ipr. Forens. p. 3. const. 5. def. 24. n. pen.* & Gilken. *ad l. 2. C. de testam.* qui latè contra disputat. Et præterea ex hisce nil aliud sequeretur, quàm in certo aliquo casu publicatione opus non esse. Non autem, quòd non etiam in eodem publicatio per Magistratum facta utilis sit. Multò minus à publicatione ad aperturam argumentum duci potest. Imprimis etiam ad Jus locale scriptum & non scriptum respiciendum erit per *l. 2. C. h. t. add. l. 6. de Eviction.* Franc. Suaretz. *de Leg. l. 3. c. 23. Pract. Ferrat. in form. libell. quando petit. heredit. ab intest. in gloss. vallatum legitur numeri.* Guid. Pap. *latè quest. 262.* Bald. *in l. cum sitos popul. §. col. ibique Bartol. 11. colum. C. de Summ. Trin. Carpzov. 5. Resp. Elect. 1. Duaren. 11. test. quem aper. c. ult. circ. fin. Gudel. de J. Nov. l. 2. c. 1. Koepen. p. 1. decis. 31. n. 25. Viinn. 1. quest. 18. Perez. in Comm. C. h. t. n. 5.* Et quemadmodum testamentum, secundum constitutionem ejus loci, in quo quis testari vult, conficiendum est, ita & hîc, quando



quando queritur, an & quomodo rectè aperiendum vel publi-  
 candum sit testamentum, spectanda est ejus loci consuetudo in  
 quo testamentum insinatum est l. 2. C. h. ibi: *secundum leges  
 moresq; loci. infr. alleg. l. 18. C. de testam.* Aliàs & hodiè ad necessita-  
 tem aperturae facit, quod in facto dubium esse queat, an Notari-  
 us cum testibus duobus separatis, additis simul instrumenti so-  
 lennibus, subscripserit testamento, nec ne. Et si non necessaria sit  
 publicatio, saltem utilis fuerit, ob periculum amissionis, quod  
 ipse fateatur Dauth. *ad l. 2. C. de testam. n. 9.* Sic enim, si testamen-  
 tum ad Archivum publicum refertur, inde copia Authentica pe-  
 tipoterit; aut etiam vel ob hoc utilis erit, ut omnibus cavilla-  
 tionibus obviam eatur, cum semel per sententiam Judicis, per  
 actà publicatione omne dubium abfuturum sit. Cœterum quod  
 publicatio (aut etiam apertura solennis) statuto tolli possit, non  
 est dubitandum. Mindan. *L. 2. de mandat. c. 41. n. 3.* Nec tamen  
 omnis publicandi ratio commode tolli potest, licet quid ex solen-  
 nibus dematur, veluti quod in quibusdā locis testamenta, in scri-  
 ptis confecta & porrecta certis à Senatu deputatis, defuncto Te-  
 statore, in Judicio ad relegendum producantur; sicque deinde  
 habeantur pro publicatis. Cothmann. *vol. 2. consil. 53. n. 9.* Simili-  
 ter, quod testamenta in scriptis condita, coram quovis Notario  
 & duobus testibus publicari hodiè solere, Greenwegen in *d. l. 18.  
 C. de testam. & tit. test. quem aper. tradat.* Qui tamen solennita-  
 tem probationis extrajudicalem, quæ & inter nos sæpiùs juxta 7.  
 testes fieri in ipso testandi actu solet, cū apertura & publicatione  
 judiciali confundere videtur. Dico: non omnē publicandi ratio-  
 nem commode tolli posse: nisi & ipsum jus testandi sublatū in Re-  
 publica velit Legislator: quod ab ipso fieri posse docet Nobiliss.  
 Dn. Struv. *Exerc. 32. lib. 28. sh. 3. qui testam. f. ac. poss.* Atque ita pris-  
 cus Majorum nostrorum in Germania mos habuit, quò heredes  
 successoresq; sui cuique liberi, & nullum testamentum. Si liberi  
 non erant, proximus gradus in possessione, fratres, patru, avun-  
 culi. Tacit. *de morib. Germ. c. 20.* Conring. *in proom. ibid. p. 77.*  
*seqq.* ita Hebræorum jure, saltem in rebus soli, videtur fuisse legi-  
 tima successio. Numer. 27. *vers. 8. & cap. ult.* Selden. *de success.*



ad LL. Hebr. c. 1. seqq. & c. 22. Grot. de l. B. & Pac. 2. 6. 11. Eoque spectant testamentorum restrictiones per multa Germania Statuta introductæ. Mevius Jur. Lubec. lib. 1. tit. 10. art. 6. n. 81. Cothmann. 3. resp. 11. 12. & 45. Dn. Carpzov. part. 2. const. 12. & c. Quilibet nimirum Legislator hæc talia in bonis civium pro usu & necessitate Reip. suæ attemperat l. 6. ff. de 7. & 7. ad quam vid. Amplissimus ac Consult. Dn. Doct. Malcomel. *Mecænas, Promotor ac Præceptor meus tam absens quam præsens, summo pietatis ac observantia cultu æviternum venerandus in annot. ad Comm. Nov. in Wesenb. parat. p. 24. lit. 11. junct. supr. alleg. Anzor. du Conseiler d' Estat part. 1. c. 45. ibi: Ce moyen ne peut estre excusé, que sur la nécessité; mais s' il est necessaire, il est juste aussi: Le salut du peuple & la conservation de l' Estat, estans la supreme loy.*

## THES. XVI.

Effectus  
Primus.

Effectus  
Ortus im-  
mediatus.

Post formam sequitur effectus, qui vel est *primus*, vel *ortus*; ille concernit inspiciendi & describendi potestatem l. 2. §. 6. ff. test. quem aper. Molin. sep. alleg. tractat. tit. 26. n. 33. ibi: Auch wo es vom Erben begehret würd, demselben ein Abschrift zu geben: Hic vel *mediatus* est, vel *immediatus*; huc pertinet, quod testamentum publicetur seu in Archivum vel monumenta publica transferatur, eum in finem, ut deinceps propter autoritatem illam publicam, testamentum firmam atque inviolatam ac perpetuam consequatur fidem, (cùm tantum fidem præsentem apertura faciat, ut Donell. 7. (omm. 5. docet,) & deperditis tabulis ad Authenticam recurri possit l. 2. & 19. C. de testam. Speculat. cit. loc. §. ostenso 4. num. 38. Welenb. post Alex. in l. 2. parat. test. quem aper. n. ult. Jason. in l. publicati C. de testam. ment. Solet autem illa publicatio fieri pronunciatio Judicis, quæ omnibus peractis interloquendo scripturam publicam esse declarat, illique fidem esse adhibendam præcipit Salycet. in d. l. publicat. C. de testam. qu. 3. Pertinet huc sententia Cameralis apud Barthium in Thes. Cam. l. 2. d. 2. Jun. Anno 1572. seynd beydenthesi



den theilten Copien des allhier vollführten Examinis ( testium ) auch aller Handlungen und ermeldes Testaments gebettener massen zugelassen. Darauf und allem Vorbringen nach/ solch Testament in bester Form Rechtens hiermit publicirt und erkand/ das demselben tanquam publico & Authentico alsenthalben und ewiglich glauben gegeben werden solle. Pleniorum & in summo Haistorum judicio Provinciali usitatam Formam, quâ simul in contumaciam partis publicatio testamenti decernitur, sub finem hic exhibebo. Cæterum pro ejusmodi publicatione Judici secundum plerorumque locorum mores honorarium ex communi hereditate exsolvendum offertur. Carpov. Ipr. For. p. 3. const. 5. def. 26. Ant. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 25. def. 25. n. 4. Et si heres illud suis impensis præstiterit, tum illud ante omne creditum, non minus ac impensas in funus vel testamenti insinuationem aliam, veluti extrajudicalem, coheredibus alibi degentibus factam; vel ad inventarii confectioem, cæterosque hereditatis causâ erogata, repetere potest Johann Michael Weuther. Von ausführlichen Fundamenten und erkklärung des Vorzugs Rechts/ cap. 26. Hujus tenoris: Wann der Erb oder sonst ein in vollziehung eines Testaments/ zu Aufrichtung des Inventarii, so dann zu andern der Erbschafft halben nothwendigen Sachen/ Geld dargesehen hätte/ ist in den Rechten ausdrücklich gebotten und versehen/ das solchen Leuten für allen Dingen nach den impensis funeris, das Yhrige wiederumb solle erstattet/ und sie hierinnen allen übrigen Gläubigern sollen vorgezogen werden/ conf. Richter. c. 2. de Privileg. credit. membr. 2.

Effectus mediatus in genere consistit in quavis actione quæ ex testamento vel ultima voluntate competit l. 3 ff. h. l. fin. §. 9. C. de Jur. delib. In specie autem huic referendum est illud, quod heredibus scriptis ad hereditatis possessionem obtinendam competit Remedium ex l. ult. C. de Edict. Div. Hadr. roll. Ut autem ex hac lege statim mandatum executoriali, scripti heredes impetrare seque in possessionem rerum hereditariarum mitti petere possint 4. vulgò DD. requirunt, notante Excellentiss. ac Consultiss.



fultifs. Dn. D. Malcometio *in annot. ad. d. Comm. tit. test. quem.*  
*ap. lit. F. I. Ut testamentum nullo vitio visibili (quod sc. statim*  
*in oculos currat) notis putatur, seu ut loquuntur, rasuris, seu*  
*deletionibus affectum sit l. 2. C. d. tit. Carpzov. P. 3. conf. 5. def.*  
*18. Menoch. de remed. 4. ad p. sc. poss. n. 699. & seqq. Sichard. ad*  
*d. l. fin. n. 19. Visibilia namque vitia beneficium hoc impediunt;*  
*secus de invisibilibus, quæ longâ & exquisitâ opus habent co-*  
*gnitione v. c. an testamentum falsum, in officiosum aut*  
*injustum sit dicendum d. l. 2. C. Paul. 3. sent. 5. §. si ve falsum & 4.*  
*C. J. A. de Edict. Div. Hadr. toll. ib. 10. II. ut probatâ ab herede*  
*morte testatoris l. 27. de acquir. vel om. heredit. testamentum*  
*modò quacunq; formæ suæ parte non sit abolitum, legitime Ju-*  
*dici competenti præsentetur, & ap. acta publicè recitetur d. l. fin.*  
*C. de Ed. D. H. toll. ibi: si quis Judici non ostenderit. De quo ha-*  
*ætenus. III. Ut possessio rerum hereditariarum sit vacua, vel sal-*  
*tim, non adsit contradictor legitimus, qualis ille intelligitur, qui*  
*jam antea habuit justum possessionis titulum, Domini sc. trans-*  
*lativum. v. g. pro donato, pro emptore, eumque similem allegat,*  
*Cyn. ad paulò ante alleg. l. fin. C. n. 20. Roland. à Valle consil. 76.*  
*vol. 3. Guid. Pap. quest. 132. Dixi possessionem esse debere vacua-*  
*am, quia in possessionem earum ferum, quas testator mortis tem-*  
*pore non possedit, heres priusquam jure ordinario experiatur,*  
*improbè mitti desiderat Paul. 5. sent. 5. ult. Res autem testatoris*  
*mortis tempore fuisse, non tantum illæ censentur, quarum is ha-*  
*buit Dominium, sed & omnes quas tempore illo possedit, ut*  
*sunt præter res Testatoris proprias, res pignoratæ, commodatæ,*  
*deponitæ & locatæ §. fin. Inst. de vi bon. rapr. l. 1. §. 1. ff. si quis testam.*  
*lib. esse, juss. Giph. d. l. fin. Quibus DD. annumerare solent res*  
*quoque feudales Roland. à Vall. consil. 98. vol. 3. Nicola-Bellon.*  
*consil. 10. Herm. Meyrer. de testam. success. lib. 3. tit. 11. n. 2. Sed*  
*quid si mittendus cum contradictore concurrat, & utriusque*  
*paria sunt jura, cujus jus erit potius? In utramque partem argu-*  
*menta extant, quædam ut neuter, quædam etiam ut uterque in*  
*possessione admittatur; quocirca Accursius hanc quæstionem*  
*vocat Sabbathinam, id e. ut Raphael Fulgosius ad l. qui mutuum §.*  
*non id e. ff. mandat. explicat, quæ die Sabbathi tractanda, hoc est,*  
religio.



religiōse & circumspectē evolvenda est, cū in utramque partem quid dici possit. Ernesti Cothmann. *vol. 1. resp. 44. n. 45.* Verū Coll. Jurid. Argentoratense sententiam statuentium contradictori possidenti, præstitā ante, de non diminuendā & restituendā hereditate, cautione, possessionem esse confirmandam, nihilque innovandum, priusquam de principali hereditatis petitionis causā agatur, probabiliorē esse pronūciat. *tit. de E. D. Hadr. toll. th. 12. in fin. IV.* Missio hæc petenda intra 30. annos, vid. Dn. Richter. *Disp. 6. adl. fin. segg.* Finis & exitus hujus missionis est, ut victori acquiratur possessio vera & plena, non verò nuda tantūm detentio & custodia, nisi in rebus, quas solūm heres detinere potest, ut sunt commodatæ, depositæ & similes. *l. fin. C. de Ed. D. Hadr. toll. ibi: Et ei possessio acquiratur* conf. C. I. A. Georgii Biccii *tit. test. quem. aper. th. ult.*

## THES. XVII.


**A**bsolutā hucusque materia aperturæ in consentaneis, ultimo loco sub jectio Dissentanea seu Contraria: Illa verò aut publicum interesse respiciunt aut privatum. Sic enim nonnunquam publicè, ne testamenta, præcipuè Magnatum aperiatur, interest, veluti & Agrippina mater Neronis testamentum Claudii recitari non permisit v. Forlnerum *ad 1. Ann. Tacit. p. 23.* Sed Cæsar's tamen testamentum, quod etiam bellum Mutinense concitavit, (Sueton. *in August. l. 1. 10.*) postulante L. Pisone socero Julii, ad populum, frustra contranite Senatu, recitatum est. Appian. *Lib. 3. de Bell. civ. p. 513. & 588.* Eorum verò quæ potissimum privatos concernunt, alia aperturam impediunt, alia effectum ejus. Apertura impeditur I. ob internam testamenti rationē: & vel iterū ex Forma Testam. I. ob prohibitionē Testatoris, quando aliquam testamenti partem aperiri, ad certum tempus vetuit, aut vetuisse intelligitur. *l. 3. C. testam. quem. aper. ibique Garhofred. in not. junct. l. 8. ff. eod.* Illum testamenti articulum Græci vocant Μυστικόν, eò quòd tenorem ejus secretum voluerit esse testator testibus & testamenti signatoribus *l. 21. C. de testam. Cujac.*

Contraria.



Cujac. in *recitat. C. eod. in pr. Sutholt. Dissertat. Inst. 7. n. 16. & seqq.* & contingit illud plerumq; in substitutione pupillari, dum sc. pater primò sibi deinde filio, pupillariter ei substituendo, testamentum facit, ut non tantum in effectu, sed & quoad hereditates, seu objectivè, duo quodammodo testamenta videantur §. 2. *Inst. de vulg. & Pup. subst.* sæpius enim pater ita formidolosus est, ut timeat, nè forte aperto testamento ab herede substituto infidè struantur pupillo, ipseque substitutus quid in necem ipsius, cujus ætas periculis magnoperè exposita est, moliatur §. 3. *Inst. d. tit. junct. d. l. 8. ff. & l. 3. C. testam. quem aper.* Perez. in *C. eod. n. 4.* Quare si tabulæ testamenti sunt clausæ & obsignatæ, heredes aliique, quorum testamentum valere interest, cavere coguntur, ne testamentum sine auctoritate Magistratus aperiatur: aperiendo enim signa revelluntur, quibus remotis testamentum non facit fidem, nisi auctoritate publicâ suffulciatur Donell. *comm. Jur. civ. lib. 7. c. 5. n. 30.* causâ tamen cognitâ, si nim. hoc justum ac utile pupillo videatur, aperiiri ejusmodi tabulæ possunt l. 8. ff. *test. quem aper. v. c.* si mulier ventris nomine in possessione sit, adeoq; sciri nõ possit, cuiam testator curam posthumi filii demandatam voluerit l. 9. d. tit. C. 7. *A. th. 4. in fin.* Duaren. *eod. c. 4. II.* ex Objecto, Aperturam, si quis eam à me fieri petat, impediunt ea, quæ ad ignominiam alicujus pertinere, vel diem & Consullem concernere, dicuntur: ad ignominiam autem alicujus id spectare videtur, quando quis conviciis affecerit ordinem Judicum, eos forsan vocando latrones, vel fures *Duaren. h. t. c. ult.* & hujusmodi testamenti partis aperiendæ denegari potestatem deceditur in d. l. 3. *C. h. t.* Quoad diem autem & Consullem inspiciendi quoque ac describendi non datur facultas, ne falsi quid, diem putâ proferendo aut postponendo, excogitetur l. 2. §. 6. ff. *h. & d. l. 3. C. add. Cuj. in parat. eod.* Hinc si heres legitimus, vel filius exheredatus, aliique, quorum interest, testamentum non subsistere, etiamnum copiam petant & exemplum testamenti, à Notario facienda erit editio, sine adjectione datæ l. 1. §. 3. ff. *de Edend.* Perez. in *C. n. 5.* non aliter atq;e instrumenta quævis alia, quorum editio ante litem contestatam instructionis non probationis causâ fieri





fieri pettiur, sine die & consule edi solent. *d. l. i. §. 1.* ut tamen & in his Prætor tantum diem & consulem edi non velit, quo instrumentum confectum est, non item in quem solutio concepta fuit: cum enim dies solutionis summa sit stipulationis, neque data & accepta sine die & consule apparere possint, idè utique rationes reddi debent cum die & consule *l. i. §. 2. de Edend.* Unde præproperè nimis rationem J. C. *ti in l. 2. §. 6. b. futilitatis,* cum Groenwægio suo, arguit Wassenæ *ad Sagog. Pacii p. 264. n. 6.* idè quòd dies sæpè de instrumenti sit substantia; & malè deinde concludit, quòd hodiè quælibet instrumenta integra edi debeant.

Effectus apertura impeditur, si medio tempore testatoris contraria & in judicio declarata voluntas appareat *arg. l. 58. de pat. vel nudâ contestatione professus fuerit, se nolle ut testamentum prius valeat, & post hanc professionem, decennium præter lapsum sit, aliàs enim aliter prius testamentum tolli debere ex l. 27. C. de testam. & traditis Carpzov. p. 3. const. 5. def. 27. & C. 3. D. 24. colligitur II.* Ob externam rationem seu causam extrinsecus accedentem apertura suspenditur, quando testator in familia dicatur occisus, tum enim ante testamentum aperiri non potest, priusquam de familia illa Testatoris quæstio habita, suppliciumque de noxiis sumptum fuerit *l. 3. §. 21. seqq. & tot. tit. ff. de Sel. Silan. & Claud.* Denique quoad partem ream, seu contra quos aperiri tabulæ petuntur, quemadmodum indubium est, si eorum quorum interest consensu, testamenta aperiantur, ulteriori publicatione, cum jam sponte pro publicis habeantur, non opus esse, idque sæpius usu accidere deprehendimus. Ita nulla contradictio testamenti apertura impedit, nisi quæ testamentum nullum, aut ex eo locum successioni non esse statim ostendit. De quo summaria tantum & celeris erit cognitio; Etsi tum publicatio à Judice decernatur, nullus ab eo decreto appellationi locus est, veluti de eo, qui ex Edict. Div. Hadr. toll. conventus provocare nititur *l. 6. C. quorum appell. non recip.* responsum est: ita ut ne quidem effectum devolutivum appellatio illa habitura sit, ut rectè Faclinius *lib. 1. contro. 76. quem probat Brunnem. in Comm. ad d. l. 6.*

E

d. l. 6.



*d. l. b.* non attentō quod contrarium, ut appellatio effectum devolutivum habeat, in Decis. Meyii *part. 3. Decis. 407.* receptum fuerit.

Sequitur Documentum ad paginam 29.  
pertinens.

**W**r untersehte Hoffrichter und Urtheiler des Hoffgerichts zu Hessen/ thun kund hiermit öffentlich bekennende / als Weyland J. W. der Arzney Doctor und Fürstl. Hessischer Rath allhier zu W. Sel. den 6. tag Julii längst abgelauffenen 1611. Jahrs sein Testament und letzten Willen in einem verschlossenen/ und mit seinem Ringpittschafft versiegeltem Lannen Lädlein / hinder ermeltes Hoffgericht deponiret, derselbe aber kurz verwichener Zeit/nach dem Willen Gottes mit Tode abgangen/ dero wegen sein Bruder D. J. W. Fürstl. Hessischer Leib Medicus zu C. sampt dessen Bruders L. W. auch Sect. nachgelassenen Kindern/ sich vor sein J. W. nechste Erben dargestellt / die von uns bemeldem D. J. W. S. wegen hinderlegten Testaments zurück gegebene Urkund vorzeiget / und umb Eröffnung desselben zum fleissigsten ersucht / auch erhalten / das darzu der 4. tag nechst verflonnen Monats Julii bey früher Tagszeit in Fürstl. Hoffgerichts Cansley allhier zu W. zu erscheinen ernannt/ und nicht allein erst gedachten Erben und denen bey Aufrichtung des Testaments gebrauchten Zeugen / so viel deren noch am Leben gewesen/ sondern auch seiner D. J. W. hinterlassenen Wittiben verkündet worden. Und demnach die Erben / theils in der Person / theils durch ihre Vollmächtigere/ und dann auch die Zeugen zu bestimmtem Tag erschien



erschienen; die Wittib aber/ohne achtet sie zum andernmahl  
 citirt / verblieben / daher die Erben in dero Ungehör-  
 samb die publication ergehen zu lassen begehret / auch dar-  
 über submittiret: So ist darauff dieselbe gebettner massen  
 durch Bescheidt erkennt / angeregtes Lädlein und demselbi-  
 gen auffgetrucktes Pittschafft den Erben und Vollen-  
 mächtigern ad agnoscendum vorgezeigt / von ihnen  
 D. J. W. Siegel/erkant/auffgeschlossen/das Testa-  
 ment / welches mit einer schwarzen seydenen Schnur/  
 daran neun Siegel gehangen / durchzogen gewesen / her-  
 aus gelangt / den Zeugen und einem jeden insonderheit/  
 ihro und dero verstorbenen subscriptiones und Pittschafft-  
 ten zu besehen / und zu agnosciren zugestelt / agnoscirt/  
 öffentlich verlesen worden / und hatt gelautet / wie hernach  
 folgt. Sequuntur verba testamenti &c. welches ic.



### ADDITAMENTA.

#### *Juris Privati.*

Quòd eum qui alterum vulnerari mandavit, quem deinde man-  
 datarius occidit, ordinariâ homicidii poenâ plectendum ve-  
 lit Gometz 3. Ref. c. 3. n. 18. cumque probans C. I. A. d. Man-  
 dat. 1b. 14. n. 6. illud durum est. Neque aut Lege aut ratio-  
 nibus illis, quas modò dict. C. A. adducit, probatur.

Volenti non fieri injuriam, etiam in publicis Criminibus, asserti  
 potest.

#### *Juris Publici.*

Principes & Status Imperii in actibus suis, velut donationibus &  
 testamentis, solennitates Juris communis observare tenentur.

Qui



Qui Superioritatem Territoriale[m] cum Regalibus confundunt, naturam horum non penetrant. Et hinc Nobiles immedios Regalibus quidem frui, sed vix tamen, quod superioritate Territoriale gaudeant, statuendum est.

### *Juris Feudalis.*

Quamvis Gudelin. 2. *Feud. c. 5. n. 10.* per investituram abusivam jus in re seu ipsum jus feudi conferri doceat. Verior tamen est sententia contraria, quod tantum exinde jus ad rem Vassallo obveniat.

### *Ordin. Cameral.*

Ordinaria Camerae competit Jurisdictio.

### *Ordin. Criminal.*

Quod Gloriosissimus Imperator Carolus V. in O. Crim. art. 140. habet, quod quis alium se insultantem perimere possit, wann er ohne Verletzung seiner Ehr und gut en Lemmuts nicht entweichen können, rectissime se habet.

### *Jur. Can.*

Quod vulgò Benedictionem Sacerdotalem, ad essentiam matrimonii non pertinere, ajunt, falsum est. Nunquam ex Jure Canonico probatur, quod aliquis arbitrio alterius seu per alium testari queat.

**F I N I S.**




(X2617988)


V017











ENTE  
NO BEATORE  
VIFIGO  
RO  
AUTHORITATE  
NOBILISSIMI  
LYDOVICIANA  
LTORUM  
IS,  
*anc Juridicam*

**TURA**  
**ARUM**  
**ATUM.**  
**ENTIA,**  
Honores & Privilegia  
lia  
*Capessendi:*  
ONSVETÆ  
CADEMICORUM  
RÆ  
*Aprilis*  
LTORUM AUDITORIO.  
s  
**OLAUS** *Bechstatt/*  
tteravus.  
\*\*\*\*\* )so  
SORVM,  
LI, Academ. Typogr. Ordin.  
C. LXX

409 ~~247~~  
1670,1  
7

